

TRANSYLVANIA

Siebenburgen.

Transsylvania, quæ & septem castrensium quondam Dacia à Romanis nuncupata, in tres diuiditur nationes suis inter se moribus & legibus dissidentes & distinctis terrarum locis prouinciam incolentes, videlicet in Saxones, Ciculos, & Hungaros. Transsylviani SAXONES sicut cæteræ omnes nationes Germanicæ, habent peculiarem linguæ dialectum non multum à communi Colonienfium lingua dissidentem. Vrbes & arces incolunt munitissimas, & cæteris nationibus præstant. Sedes eorum sunt septem, nempe Zarvvarienfis 46:57:46:36. Zabefiensis, Millenbach 47:7. 46:46. Reufmark, Segesburgensis, Schesburg forte, Olczna, Schenkerstul 48:21. 47:5. & Rupensis, sed Reus forte, quæ singulæ pagos aliquot subiectos tenent. CICVLI Moldauicæ finitimi à Scyris oriundi suis legibus & moribus viuunt, suæque officia forte distribuunt. Nemo apud illos ignobilis esse censetur, etiam si manu aratrum tractat, aut caprino gregi præsit. Hi in septem sunt diuisi regiones, quas ipsi sedes vocant, quarum nomina sunt: Sepsi 48:40. 47:37. Orbai 49:17. 47:28. Kysdi 48:58. 47:57. Czyk 48:43. 47:40. Gyrgio 48:0. 47:39. MarcusZeek 46:58. 47:55. & AraniæZeek. HVNGARI & nobiles Transsylviani passim intermixti Saxonibus cum Siculis, propemodum tam sermone, quàm vestitu & armis conueniunt. Omnes simul Transsylviani ad nonaginta & amplius armatorum milia suppeditant. Sunt autem in Transsylvania septem vrbes celebriores locorum interuallis distantes inter quas Cibinium est metropolis & Harmanstet dicitur, & parochiam Cathedralem habet 47:48. 46:52. Brassouia siue Corona Cronstet vbi Academia & Bibliotheca insignis 49:10. 47:8. Bisitritia Noesentet 46:39. 47:48. Segesvvaria Schesburg 47:54. 47:27. Megies Mydvvisch 47:34. 47:16. Zabefus siue Zaaz sebes Millenbach 47:7. 46:46. & Colosvvaria Clausenburg 46:28. 47:15. Est & ibi Alba Iulia sedes Episcopalis, quæ quondam Tarmis dicta 47:0. 46:50. Regis Decebali Regia tempore Traiani fuit. Olim Transsylvania vt membrum Regni ab Hungaro præfectum, quem VVayvodam incolæ appellant, accipiebat: nunc autem Turcarum Imperatori tributaria facta, ab eodẽ suum VVayvodam vel Beglerbegum postulat: suis tamen legibus & moribus viuunt, auri, argenti, ferri, salis, vini ferax. Numerantur autem in Transsylvania quoad pensiones taxarum octo parochialia Capitula præcipua, quæ simul vniuersitatem appellant, Bisitritiense capitulum habet Bisitritiam cum 23. pagis regijs. Regnense capitulum Regen forte 47:16. 47:44. habet pagos plus quam triginta. Barcense capitulum, Barzazag 48:46. 47:8. habet Coronam ciuitatem cum tredecim pagis regijs. Kisdense capitulum habet Segesburgam & pagos quadriginta octo. Duarum sedium Capitulum complectitur ciuitatem Megiensis cum triginta sex pagis. Cibiniense capitula duo, quorum vnum habet Cibinium & pagos viginti tres, alterum Capitulum Cibiniense, quod vocant Surrogatiua, continet pagos circiter vigintiduos. Zabefiense capitulum habet Zabefium cum pagis septendecim.

Meridiani distant ratione 47. paralleli
ad circulum maximum.



46 20 40 47 20 40 Septentrio 48 20 40 49 20 40 50

Latmar banya, Rodana, Sed Marcos, Nöfner land, Dobaccn, Wein land, Alt land, Wurtz Barzag land, Land uor dem, Walt, Hat zag Val, Tranfalpina, Hauafalcewde h:



Miliaria Germanica com:

46 20 40 47 20 40 Meridies 48 20 40 49 20 40 50

Per gerardum Mercatorem Cum Privilegio

